



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

III. cognomenta,

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

LIBER PRIMVS.

E III. Id ergo nominis à puer habuit Origenes, at annis subinde prodeuntibus Adamantius cognominatus est, ^{in dicitur vero deus et ipse deus} inquit Pho- Pho. Cod.
tius; vel propter mentis adamantium robur, quia nullis in illistranda Scriptura, & in ^{13.} scribendo laboribus defatigaretur, quemadmodum in Epistola ad Marcellam prodit Hieronymus; vel quod tanquam invictus adamas fortiter veræ fidei opem ferret, omniaque in se missa Hereticorum tela veritate ipsa retunderet. Atque id cognomentum sibi hunc ipsum ascribitur tradit Epiphanus. Hinc refellitur Erasmus illud ipsi iam à vita exortu ^{Epiph. Her.} non ex moribus inditum existimans. Ab ingenti etiam librorum quos assidue scribebat ^{64. c. 75.} copia ^{Rer. in} ^{vii. Origen.} five ^{ou} ^{τέλης}, five ^{ou} ^{τέλης}, five ^{ou} ^{τέλης} dici meruit. Chalcenteri etiam attributum est ei ab Hieronymo cognomenum, ad Didymum illius Alexandrini Grammatici exemplum, qui ob indefessum scribendi studium, & assiduum circa libros moram eandem appellationem consecutus est; supra tria siquidem librorum millia & quingentos conscripsit, cum multo plures Origenem scripsisse proditum sit: minime autem dum vivet Adamantius noster Chalcenteri nomen gesit. Paribus de causis Apion Grammaticus, ac itidem Agyptius, propter inusitatam in literariis laboribus constantiam, ^{μεγαλο} cognomine dictus est. Sed redeamus ad propositum.

IV. Sex prater Origenem filios suscepit Leonides: at cum in illo admodum etiam tum puero magna ad virtutem eluceret indoles, omnem fere Patris amorem ac studium ad se convertit. Hunc itaque sibi domestica institutione, assiduisque praceptis formandum suscepit Leonides, animumque rudem primis imbuti Christiane pietatis, divinaturumq; simul & exoticarum doctrinarum clementis: sed ita ramen ut in quo fidianis exer-